

## Folium officiale Dioecesis Lavantinae.

## Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

## Kirchliches Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözese.

**Inhalt.** 5. Sacrae Congregationis Concilii decretum circa Missam pro populo et servitii choralis. — 6. Sacrae Congregationis Rituum decretum circa additiones et variationes in Martyrologio Romano. — 7. Decretum Sacrae Congregationis Rituum de baptismo extra ecclesiam collato. — 8. Fastendispens für die k. k. Landwehr, die k. k. Gendarmerie und die Finanzwache. — 9. Der XXV. internationale Eucharistische Kongress in Lourdes vom 22. bis 26. Juli 1914. — 10. Erkrankung und Tod des Hochwürdigsten Kardinal-Metropolitanen Johannes

Bapt. Katschthaler. — 11. Weisung, betreffend Kultusbauführungen als Grundlage für staatliche Subventionierung. — 12. Zur Frage der Holzbezugsrechte von kirchlichen Körperschaften. — 13. Wehrvorschriften. Stempelfreiheit nach § 86 des Wehrgesetzes. — 14. Der Bau einer eucharistischen Gedächtniskirche samt Kloster in Wien. — 15. Pastoralna konferenčna vprašanja za leto 1914. — 16. Quaestiones theologicae anno 1914 exarandae. — 17. Die Pfarrkonkursprüfungen. — 18. Sveta olja. — 19. Literatur. — 20. Diözesan-Nachrichten.

## 5.

## Sacrae Congregationis Concilii decretum circa Missam pro populo et servitii choralis.

## Burgi S. Sepulchri et aliarum.

De translatione festorum dierum statuta Motu proprio „Supremi Disciplinae“ d. d. 2. Iulii 1911, a sacra Congregatione Concilii quaesitum fuit:

1. An quando festum aliquod suppressum incidat in diem Dominicam, aut impeditam festo maioris ritus, curam animarum gerentes teneantur applicare missam pro populo, die in quam idem festum transfertur?

2. An quando festum aliquod transfertur, quoad officium et missam tamquam in sedem propriam, in aliam diem, in ecclesiis in quibus servitium chorale alternis hebdomadis praestatur, obligatio chori *communis*, et distributiones, si quae pro eo festo sint, pariter transferantur in eandem diem?

Et in plenariis comitiis, diei 12. loco diei 13. Decembris 1913, Eminentissimi Patres respondendum censuerunt:

Ad I. Negative.

Ad II. Negative, nisi, quoad distributiones, obstat expressa fundatorum voluntas, statutum particulare, aut legitima consuetudo.

Hisce autem relatis Sanctissimo Domino nostro Pio PP. X. in audientia habita ab infrascripto S. C. Secretario, die 15. eiusdem mensis et anni, Sanctitas Sua sententiam Eminentissimorum Patrum in omnibus approbavit.

C. Card. **Gennari**, *Praefectus*.

L. † S.

O. **Giorgi**, *Secretarius*.

## 6.

## Sacrae Congregationis Rituum decretum circa additiones et variationes in Martyrologio Romano.

*Inter elogia Festorum mobilium, quae in titulo „Rubricae Martyrologii“ inscribuntur, sequentes variationes inducendae sunt:*

1. *Ante elogium* Festum sanctissimi Nominis Iesu ponatur:

Sabato ante Dominicam, quae occurrere potest a die

2. ad 5. Ianuarii inclusive, et, ea deficiente, die 1. Ianuarii.

2. *Ante elogium* Solemnitas sancti Ioseph, etc., ponatur:

Feria tertia ante Dominicam tertiam post Pascha.

3. *Ante elogium* Octava Solemnitatis sancti Ioseph, etc., ponatur.

Feria tertia ante Dominicam quartam post Pascha.

4. *Feria IV. post Octavam Pentecostes sequens inscribatur elogium:*

Festum sanctissimi Corporis Christi.

5. *Deinde ponatur:*

Feria quarta infra Octavam sanctissimi Corporis Christi.

Octava sanctissimi Corporis Christi.

6. *Ante elogium* Festum sacratissimi Cordis Iesu, ponatur:

Feria quinta in Octava sanctissimi Corporis Christi.

7. *Supprimantur singula elogia a Feria sexta post Dominicam tertiam Iunii usque ad finem tituli.*

*In titulo* Lectiones Propriae de Tempore sequentes fiant variationes:

1. *Tertia Lectio sic inscribatur:*

In die Nativitatis Domini et per Octavam, Lectio.

2. *Quarta Lectio inscribatur:*

In Festo sancti Stephani Protomartyris et in die Octava, Lectio.

3. *Quinta Lectio inscribatur:*

In Festo sancti Ioannis Evangelistae et in die Octava, Lectio.

4. *Sexta Lectio inscribatur:*

In Festo sanctorum Innocentium et in die Octava, Lectio.

5. *Septima Lectio inscribatur:*

Dominica infra Octavam Nativitatis Domini et in Vigilia Epiphaniae, Lectio.

6. *Octava Lectio supprimatur, et eius loco ponatur cum sua Rubrica Lectio de Festo sanctissimi Nominis Iesu, quae nunc habetur tertio loco inter Lectiones proprias in Festis per annum.*

7. *Ultimae duae Lectiones sic respective inscribantur:*

In Festo sanctissimi Corporis Christi, et per Octavam, Lectio.

Dominica infra Octavam sanctissimi Corporis Christi, Lectio.

*In titulo* Lectiones propriae in Festis per annum sequentes fiant variationes:

1. *Tertia Lectio supprimatur.*

2. *Pro inscriptione* In Commemoratione solemnii sancti Ioseph, Sponsi beatæ Mariæ Virginis, Lectio, ponatur: In Festo sancti Ioseph, Sponsi beatæ Mariæ Virginis, Lectio.

3. *Pro inscriptione* In Festo sancti Laurentii et per Octavam, Lectio ponatur:

In Festo sancti Laurentii et in die Octava, Lectio.

4. *Pro inscriptione* In Solemnitate sanctissimi Rosarii beatae Mariæ Virginis, Lectio, ponatur:

In Festo sanctissimi Rosarii beatæ Mariæ Virginis, Lectio.

*In corpore Martyrologii sequentes fiant variationes:*

1. Die 19. Ianuarii — *Elogium sancti Canuti ponatur secundo loco, praemisso verbo* Item.

2. Die 19. Martii — *Primo loco ponatur:*

In Iudaea natalis sancti Ioseph, Sponsi beatæ Mariæ Virginis, Confessoris.

3. Die 20. Martii — *In elogio S. Ioachim ponatur:*

... cuius festum agitur decimoseptimo Kalendas Septembris.

4. Die 23. Iunii — *Primo loco ponatur:*

Vigilia sancti Ioannis Baptistae.

5. Die 24. Iunii — *In elogio S. Ioannis Baptistae supprimantur verba: cuius Festum etc., usque ad finem.*

6. Die 1. Iulii — *Primo loco ponatur:* Octava sancti Ioannis Baptistae.

*Secundo loco ponatur:* Festum pretiosissimi Sanguinis Domini nostri Iesu Christi.

7. Die 15. Augusti — *In elogio S. Hyacinthi ultima verba sic edantur: ... eius autem Festum sextodecimo Kalendas Septembris celebratur.*

8. Die 16. Augusti — *Primo loco ponatur:*

Sancti Ioachim Patris beatissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, cuius natalis dies refertur tertio decimo Kalendas Aprilis.

*Deinde supprimatur elogium S. Hyacinthi.*

9. Die 17. Augusti — *Secundo loco ponatur:*

Sancti Hyacinthi Confessoris Ordinis Praedicatorum, qui decimo octavo Kalendas Septembris obdormivit in Domino.

10. Die 23. Augusti — *Supprimatur Rubrica: Romae et aliquibus in locis, etc.*

11. Die 24. Augusti — *Supprimatur Rubrica: Romae et aliquibus in locis, etc., cum sequenti indicatione Vigiliae.*

12. Die 25. Augusti — *Supprimatur Rubrica: Romae et aliquibus, etc.*

13. Die 15. Septembris — *Secundo loco ponatur:*

Festum septem Dolorum beatissimæ Virginis Mariæ.

14. Die 7. Octobris — *Primo loco ponatur:*

Festum sanctissimi Rosarii beatæ Mariæ Virginis et commemoratio sanctæ Mariæ de Victoria, quam beatus Pius quintus Pontifex Maximus, ob insignem victoriam a christianis bello navali, eiusdem Dei Genitricis auxilio, hac ipsa die de Turcis reportatam, quotannis fieri instituit.

*Et supprimatur penultimum elogium, quod incipit: Eodem die, etc.*

#### *Decretum.*

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X. referente infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto, additiones et variationes superius expositas et ad normam recentiorum Apostolicae Sedis decretorum redactas adprobare dignatus est atque in novis editionibus Martyrologii Romani suis locis inserendas suprema Sua auctoritate mandavit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 26. Novembris 1913.

**Fr. S. Card. Martinelli**, Praefectus.

† **Petrus La Fontaine**, Ep. Charyst., Secretarius.

L. † S.

7.

Decretum Sacrae Congregationis Rituum de baptismo extra ecclesiam collato.

Versalien.

Reverendissimus Dominus Episcopus Versaliensis sequentes quaestiones de administratione Baptismi, a sacra Congregatione Sacramentorum ad sacrorum Rituum Congregationem transmissas pro opportuna solutione humillime proposuit:

I. An, in administratione Baptismi, quando imminet periculum mortis, post infusionem aquae, urgeat sub gravi Ritualis Romani praescriptum quoad unctionem Chrismatis, traditionem linteoli et cerei?

II. Quum in Versaliensi dioecesi et, uti fertur, nonnullis circumstantibus locis, obsoleverit usus addendi hos ritus in casu enunciato, nonne curandum est ut isti ritus stricte adimpleantur, et sacerdos in casu sanctum Chrisma, linteolum cereumque secum deferre atque adhibere debeat?

III. An, quando extra casum necessitatis, quum Ordinarius ob rationes ipsi expositas, licentiam concesserit administrandi domi Baptismum, urgeat praescriptio Ritualis explendi ritus unctionis Chrismatis et traditionis linteoli et cerei?

Et sacra eadem Congregatio, audito Commissionis Liturgicae suffragio, omnibus accurate perpensis, respondendum censuit:

Ad I. et II. Standum Rituali Romano.

Ad III. Detur Decretum Bellunen. 17. Ianuarii 1914.

Atque ita rescripsit die 23. Ianuarii 1914.

Fr. S. Card. Martinelli, Praefectus.

L. † S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien.,  
Secretarius.

8.

Dispens von dem Verbote der permixtio ciborum und Prorogierung der Fastendispen-  
sations-fakultät bezüglich der k. k. Landwehr, der k. k. Gendarmerie und der Finanzwache.

1. Die Dispens von dem Verbote der permixtio ciborum lautet:

„6971/12.  
S. C. Concilii, 17. Gen. 1914.

Beatissime Pater!

Austriae Episcoporum ordinariorum est, provide curare, quod ad salutem personarum militiae stabilis, a Clero castrensi exceptarum legique curae Cleri civilis subditarum, pertinent.

Qua in sollicitudine aere militiae officium respicientes Praesules imperii austriaci aequum aestimaverunt, ut stabili militiae ea ieiunii et abstinentiae a carnibus venia daretur, quae ex Apostolica facultate militiae vagae concessa est a Vicario Apostolico castrensi.

Inde Antistites ditionis Austriae Sanctam Sedem Apostolicam die 2. Novembris 1898 pro gratia petierunt, ut praenominata militia stabilis, vulgo Landwehr nuncupata, praecepto ieiunii et abstinentiae eodem quo militia vaga modo possit exsolvi.

Sancta Sedes die 7. Septembris 1900 benigne indulget, ut singuli Episcopi Imperii Austriaci dispensare valeant ab abstinentiae lege milites, qui actu inserviunt in castris vel praesidiis, exceptis excipiendis.

Similem gratiam Praestites Austriae die 20. Februarii 1906 a Sancta Sede imploraverunt, ut nempe sic dicti custodes rei publicae, caesarii regii gendarmes (gendarmeria) pariter curae pastorum civilium subditi, praescripto ieiunii et abstinentiae eodem quo militia vaga et militia stabilis modo possint exsolvi. Sanctissimus D. N. Pius PP.

X. substratam gratiam decurrente anno 1906 clementer concessit.

Aliud insuper existit genus custodum armatorum, legi curae Cleri civilis addictorum, videlicet vigiles rerum ad exigenda publica vectigalia spectantium, vulgo Finanzwache (guardia delle finanze o del dazio) vocati, qui militiam sui generis constituunt, arma gerunt, more militum vivunt et laborant, praesertim in finibus perampli Imperii, ubi sat multas molestias perferre magnasque difficultates superare coguntur.

Etiam pro hoc militum genere Austriae Episcopi die 20. Februarii 1908 suppliciter rogaverunt dispensationem super praecepto ieiunii et abstinentiae eodem quo militia subsidiaria et gendarmeria possit exsolvi. Et Sancta Sedes Apostolica, die 12. Martii 1908 supplicationi clementissime annuere dignata est.

Nunc vero S. Congregatio Concilii, auctoritate Sanctissimi D. N. Pii, divina providentia PP. X. facultatem caesareo et regio Vicario Apostolico castrensi concessit, *dispensandi cum personis militiae vagae, suae iurisdictioni ordinariae subditis, circa vetitum permiscendi pisces cum carnibus in una eademque comestione toto tempore quadragesimali et omnibus diebus ieiunii stricti per annum.*

Hinc inde consimilem concessionem relate ad vetitum permiscendi pisces cum carnibus in una eademque comestione tempore signato Episcopi Austriaci *pro militia quoque stabili et pro gendarmeria atque pro custodibus rerum ad exigenda vectigalia publica spectantium humillime exorant.*

Die 5. Ianuarii 1914 S. Congregatio Concilii, auctoritate SS. mi. D. N., attentis peculiaribus rerum adiunctis, gratiam iuxta petita benigne impertita est, dummodo absit scandalum.

C. Card. Gennari, m. p. Praef.

L. S.

O. Giorgi, m. p. Secr.“

2. Das Reskript, betreffend die Prorogierung der Fastendispensafakultät, hat folgenden Wortlaut:

„316/14.

S. C. Concilii, 23. Gen. 1914.

Beatissime Pater!

Leo Cardinalis de Skrbensky, Archiepiscopus Pragensis, qua Praeses Conferentiarum Episcopatus Austriaci, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, quae sequuntur humillime exponere audet:

Per gratiosissimum indultum Sanctitatis Vestrae Eminentissimo quondam Archiepiscopo Viennensi Antonio Cardinali Gruscha, qua Praesidi Conferentiarum Episcopatus Austriaci, per rescriptum S. Congregationis gen. S. R. et U. Inquisitionis dd. 15. Martii 1906 intimatum, Sanctitas Vestra benignissime ad septennium Episcopis Austriae concedere dignata est, ut sic dictis Custodibus rei publicae (Gensdarmeria) arma gerentibus ea ieiunii et abstinentiae a carnibus venia detur, quae vi Apostolicae facultatis vagae militiae a Vicario Apostolico castrensi concedi assolet.

Porro vi rescripti S. Officii dd. 22. Augusti 1907, Sanctitas Vestra clementissime indulgere coluit, quatenus singuli Episcopi Austriae, pro eorum prudenti arbitrio et conscientia ad septennium dispensare valeant milites militiae stabili adscriptos et de iure curae Cleri civilis sub-

ditos, qui actu inserviunt in castris vel praesidiis, a lege abstinentiae a carnibus, duobus tantum diebus exceptis, nempe pervigilio Nativitatis D. N. Iesu Christi et Feria VI. in Parasceve.

Quoad dispensationem autem a ieiunii lege nihil obstare quominus Episcopi sequantur doctrinas probatorum auctorum super exemptione militum ab ea lege ratione laboris.

Denique gaudent Episcopi Austriaci per benignissimum indultum die 12. Martii 1908 vi rescripti S. R. et U. I. intimatum ad septennium facultate dispensandi super praecepto ieiunii et abstinentiae a carnibus (excepta Feria VI. in Parasceve et Vigilia Nativitatis D. N. Iesu Christi) etiam custodes rerum ad exigenda publica vectigalia spectantium (Finanzwache).

Cum septennium quoad gratiosam dispensationem tum Custodum rei publicae arma gerentium, tum militum militiae stabili adscriptorum, tum Custodum rerum ad exigenda publica vectigalia spectantium mox expiret, humillimus Orator nomine Episcoporum Austriae exorat, ut Sanctitas Vestra memoratum ieiunii et abstinentiae Indultum pro militia stabili et pro Custodibus rerum ad exigenda publica vectigalia spectantium benignissime prorogare dignetur.

Die 17. Ianuarii 1914 S. Congregatio Concilii, auctoritate SS. mi. D. N., attentis expetitam prorogationis gratiam in terminis et forma praecedentium rescriptorum benigne concessit ad aliud septennium.

C. Card. Gennari, m. p. Praef.

O. Giorgi, m. p. Secr.“

## 9.

### Der XXV. internationale Eucharistische Kongress in Lourdes vom 22. bis 26. Juli 1914.

Bei vielen Gläubigen meiner Diözese ist noch in frischer Erinnerung die Feier des XXIII. internationalen Eucharistischen Kongresses in Wien und zu Hause. Und nicht unbekannt ist es, daß der XXIV. dieser Kongresse im verflossenen Jahre auf der Insel Malta in den Tagen vom 23. bis zum 27. April abgehalten worden ist. Wir haben uns zwar nicht persönlich an demselben beteiligt, aber etwas haben wir doch auch getan: am 27. April haben wir die hl. Kommunion in der innigsten Vereinigung mit den Verehrern des allerheiligsten Altarsakramentes auf der Insel Malta in größerer Anzahl empfangen und den vollkommenen Ablass für die armen Seelen im Fegefeuer aufgeopfert.

Heuer findet der XXV. internationale Eucharistische Kongress in Lourdes statt, in jener lieblichen Stadt Frankreichs, in welcher seit dem Jahre 1858 schon unzählige Wunder auf die Fürsprache der unbefleckt empfangenen Mutter Gottes Maria geschehen sind und noch immer geschehen. Dort

also am Gnadenorte Mariens soll heuer ihr göttlicher Sohn in der allerheiligsten Eucharistie in ganz besonderer Weise verehrt und angebetet werden.

Bereits unterm 26. Jänner d. J. kam mir vom Hochwürdigsten Herrn Präsidenten des ständigen Komitees der internationalen Eucharistischen Kongresse nachstehendes Einladungsschreiben zu:

„Illustrissime ac Reverendissime Domine!

Vigesimum quintum Congressum eucharisticum internationalem celebraturi, non potuimus in sedem ipsius Galliam non deligere, ubi isti Congressus ortum habuerunt, et ubi priores fere omnes fuerunt celebrati. Nec ancipites haerere debuimus, in quam urbem proximus Congressus celebrandus esset. Etenim, si per Mariam ad Iesum eundum est, procul dubio oppidum Lourdes hunc Congressum quasi iure proprio sibi vindicat. Ibi siquidem beatissima Virgo a multis annis fideles ad Filium suum

in Eucharistia adducit, et beneficia sua coram SS. Eucharistia plerumque distribuit.

Quare proximum Congressum in oppido Lourdes a die 22. ad 26. Iulii celebrantes, per manus Mariae obsequia solemniter Regi nationum deferemus, et a Maria discemus quomodo Filium ipsius semper magis ac magis colere debeamus.

Ad hunc Congressum Dominationem Tuam Illustrissimam humiliter et instanter invito, simulque rogo ut ei modo iam benedicas, cumque precibus tuis Deo commendes. Vehementer etiam cum Concilio permanente exopto, ut fideles tuae curae commissos ad hunc Congressum frequentandum hortari velis, eosque incites, ut si illi adesse non possunt, saltem mente et corde se illi coniungant. Ad quod praestandum, eos invitare debet benignitas Summi Pontificis qui Indulgentiam plenariam concessit iis omnibus qui in quocumque orbis parte sacram communionem die 26. Iulii suscipiant, in unione cum iis qui processioni in oppido Lourdes intersunt.

Optandum sane esset, ut in tota Ecclesia fieret quod anno praeterito in aliquibus dioecesibus factum fuit, et ita dies qua Congressus concluditur evadat dies triumphalis SS. Eucharistiae dicatus. Talis sane erit, si v. g. fideles per *triduum* praeparentur, si die 26. SS. Eucharistia venerationi fidelium exponatur, si *communio generalis* instituat, si *processio sollemnis habeatur*, vel alia *exercitia publice* celebrentur.

Haec pietati et zelo Dominationis Tuae Illustrissimae commendo, simulque cum omni veneratione permaneo  
Dominationis Tuae Illustrissimae

Namurci (Belgique),

26. Ianuarii 1914.

humillimus famulus

† Th. Lud. Ep. Namurcen, Praeses.

Illustrissimo ac Reverendissimo Domino

Domino **Napotnik**, Ep.<sup>a</sup>

Die freundliche Zuschrift des Hochwürdigsten Herrn Bischofes beantwortete ich unterm 5. Februar 1914 B. 522 mit folgenden Worten:

„Illustrissime ac Reverendissime Domine!

Humanissimas litteras Amplitudinis Tuae Illustrissimae de die 26. Ianuarii anni decurrentis, quibus vigesimi quinti Congressus eucharistici celebrationem mihi annuntiasti meque, ut festo illi iucundo atque decore interesse, invitasti, laetus accepi magnasque de illis Tibi ago gratias.

Volvente anno duodecim explebuntur lustra, ex quo pia memoriae Pius PP. IX. infallibili oraculo dogma de Conceptione immaculata deiparae Virginis orbi catholico fide divina credendum proposuit.

Quare sincero gaudio prosequor propositum Vestrum, vigesimum quintum iubilarem Eucharistiae Coetum con-

vocandi in urbem Lourdes, ad sanctuarium illud, in quo Virginis et Matris Dei privilegium singulare coelitus mirifice est clarificatum per tot tantaque spiritalis ac corporalis auxilii divina portenta.

Gravissimis nec differendis negotiis occupatus Congressui ipse interesse haud potero. Sollemne tamen mihi erit gerere curam, ut dies eucharistici Conventus ac praesertim festum s. Annae, Matris beatissimae virginis et Dei genitricis Mariae, in dioecesi mea Lavantina a sacerdotibus et fidelibus expositione ss. Eucharistiae, communionem generali et processione sollemni Regi eucharistico sacrentur.

In Missae sacrificio offerendo memoriam facturus omnium, qui ad Congressum celebrandum labores et curas conferent, et divinum Salvatorem supplex petiturus sum, ut regnum gratiae ac potentiae suae in nobis et inter nos stabilire, firmare et ampliare dignetur.

Sensus eximiae venerationis Tibi testificor et cum singulari observantia persisto

Amplitudini Tuae Reverendissimae addictissimus servitor

Marburgum in Austria,

† **Michael**,

die 5. Februarii 1914.

*Episcopus.*

Illustrissimo ac Reverendissimo Domino

**Thomae Ludovico Heylen**, Episcopo **Namurcensium**,  
Consilii permanentis Congressuum eucharisticorum Praesidi,  
Namurci. Namur, Belgien.“

Um nun dem Wunsche des Hochwürdigsten Herrn Präsidenden des ständigen Komitees der internationalen Eucharistischen Kongresse tunlichst zu entsprechen, werden die hochwürdigsten Herren Seelsorgepriester hiemit eingeladen, die Gläubigen von der Kanzel auf die Feier des XXV. Eucharistischen Kongresses in Lourdes mit warmen Worten aufmerksam zu machen und sie anzueifern, daß sie sich im Falle der Unmöglichkeit, an dem Kongresse persönlich teilzunehmen, wenigstens im Geiste und im Herzen mit den Kongressbesuchern vereinigen. Hierzu möge sie besonders die Güte des Heiligen Vaters anregen, der einen vollkommenen Ablass allen jenen Christgläubigen verliehen hat, die, wo immer sie sind, am 26. Juli d. J. in der innigsten Vereinigung mit den Teilnehmern an der eucharistischen Prozession, die in Lourdes gefeiert wird, die heilige Kommunion würdig empfangen.

Da es überdies noch gewünscht wird, daß der Schlußtag des Kongresses dadurch, daß die ganze katholische Welt an ihm sich beteiligt, zu einem wahren, der allerheiligsten Eucharistie geweihten Triumphtage werde, so mögen die Diözesanen, wo es möglich ist, auf den 26. Juli l. J., der auf den 8. Sonntag nach Pfingsten fällt, durch ein passendes Triduum vorbereitet werden. An diesem Tage selbst aber soll das allerheiligste Gut zur Anbetung ausgesetzt sein; auch könnte eine heil. Generalkommunion veranstaltet und eine theophorische Prozession abgehalten werden.

Entsprechende eucharistische Andachten wären auch in den Klosterkirchen, wenn tunlich, zu feiern.<sup>1</sup>

Inzwischen kam mir ein Schreiben vom Hochwürdigsten Herrn Bischof von Tarbes und Lourdes, Mgr. Franz Xaver Schöpfer, unterm 2. Februar 1914 zu, in welchem ich zur persönlichen Teilnahme am eucharistischen Kongresse freundlich eingeladen werde, mir vom Hochwürdigsten Oberhirten seine Gastfreundschaft angeboten wird und ich ersucht werde, ein eucharistisches Diözesankomitee zu bilden.

Gleichzeitig übermittelte mir der Hochwürdigste Herr Bischof eine Zuschrift des Generalsekretariates des Lokalkomitees für den XXV. Eucharistischen Kongreß von Lourdes vom 11. Februar 1914, in welchem der Delegierte der Diözese bezw. das eucharistische Diözesankomitee ersucht wird, die mutmaßliche Teilnehmerzahl am Kongresse mitzuteilen, damit Kongreßkarten und Abzeichen besorgt werden können, die sodann den Teilnehmern durch das Diözesankomitee zugesendet werden sollen. Ferners wird bemerkt, daß Karten zu 5 Fr., die die Teilnahme an allen Veranstaltungen ermöglichen und Karten zu 10 Fr., die auch zum Anspruch auf den Kongreßbericht berechtigen, zur Ausgabe gelangen werden. Endlich wird aufmerksam gemacht, daß Wohnungen für die Kongreßteilnehmer in Lourdes das Lokalkomitee nicht vermitteln kann.

Auch hat das Sekretariat des österreichischen Lourdes-Komitee in Wien, welches über Auftrag des Hochwürdigsten Fürsterzbischofes von Wien einen Separatzug zum eucharistischen Kongreß in Lourdes veranstaltet, aus Linz unterm 12. März 1914 anher mitgeteilt, daß dieses Komitee die Aufgabe hat, die Vorarbeiten für den eucharistischen Kongreß in Lourdes, insoweit dieselben die österreichische Sektion betreffen, zu leiten und die Kongreßkarten des Lokalkomitees in Lourdes, das diese nur durch das österreichische Lourdes-Komitee versendet, durch die einzelnen Diözesankomitees den Kongreßteilnehmern zukommen zu lassen.

Diesem Schreiben lag nachstehendes Programm bei:

„1. *Reise-Route.* Der Separatzug geht in den Abendstunden des 17. Juli in Wien-Westbahnhof ab und hält in den Stationen St. Pölten—Melf—Pöchlarn—Amstetten—St. Valentin—Linz—Wels—Attnang—Steindorf—Salzburg—Bischofshofen—Innsbruck (mehrständiger Aufenthalt)—Feldkirch—Buch—Einsiedeln.

In Einsiedeln wird übernachtet, dann Weiterfahrt nach Luzern (mehrständiger Aufenthalt)—Bern—Genf, wo abermals übernachtet wird. Am 20. Juli Weiterfahrt über Lyon (mehrständiger Aufenthalt)—Cette—Toulouse nach Lourdes, wo die Ankunft am 21. Juli, vormittags, erfolgt. 6 Tage Aufenthalt in Lourdes mit separatem Programm, welches im Reisebüchlein den Teilnehmern bekannt gegeben werden wird.

Am 26. Juli, abends, erfolgt die Abfahrt von Lourdes nach Lyon und Genf, wo wieder genächtigt wird. Am 28. Juli

<sup>1</sup> Siehe Kirchliches Verwaltungsblatt für die Lavanter Diözese, 1914 Nr. I. Abf. S. 24 bezw. Abf. 2. S. 48 sq.

Weiterfahrt über Bern nach Zürich, wo abermals übernachtet wird. Von da Heimfahrt über Bregenz—Innsbruck—Salzburg—Linz—Wien, wo die Ankunft in den Mittagsstunden des 30. Juli erfolgt.

II. *Preise und Verpflegung.* Wegen der hohen Einquartierungspreise in Lourdes und der hohen Fahrpreise in Frankreich mußte eine Preiserhöhung eintreten.

Fahrpreise und vollständige Verpflegung inklusive Trinkgelder, sowohl unterwegs, wie auch auf allen Raststationen, sowie in Lourdes, ebenso mitinbegriffen die Kongreß-Karte, welche das Komitee besorgt, für Teilnehmer der I. Klasse 650 K, der II. Klasse 500 K, der III. Klasse 350 K.

Ab Innsbruck Ermäßigung.

Als Anzahlung sind gleichzeitig mit der Anmeldung 50 Kronen zu bezahlen.

Bezüglich Einquartierung und Verpflegung gelten dieselben Bestimmungen, wie für den XI. Lourdespilgerzug (siehe auf dem anderen Blatte). Nur in Lourdes muß bezüglich Einquartierung die anlässlich des Massenandranges geltende Hotel-Ordnung eingehalten werden. Das Komitee hat jedoch das Möglichste getan, das Wohnen so bequem als möglich zu machen. Jeder Teilnehmer erhält unbedingt ein Bett allein. Die Einquartierung in Lourdes erfolgt nur in Hotels, nicht in Massenquartieren.

Die Teilnehmerzahl wird unbedingt auf 400 beschränkt.

Die Anmeldung muß bis 25. April, die Einzahlung bis 15. Juni erfolgen beim technischen Leiter Johann Bernhard in Linz, Humboldtstraße 15. Anmeldungen nimmt auch entgegen hochw. Herr Pfarrer Johann Mechtler, Wien V., Wiedener Hauptstraße 103.

Abmeldungen müssen längstens bis 30. Juni telegraphisch oder in rekommandiertem Briefe dem technischen Leiter hochw. Herrn Johann Bernhard, Religionslehrer in Linz, Humboldtstraße 15 mitgeteilt werden. Spätere Abmeldungen können nicht berücksichtigt werden, jedoch kann ein Ersatz für den Entfallenden gestellt werden. Bei Abmeldungen, welche vor dem 30. Juni erfolgen, wird der volle Betrag nach Abzug von 20 Kronen für Spesen zurückerstattet.

Kranke sind von der Teilnahme am Kongreß-Tage ausgeschlossen.

Für einen österreichischen Arzt, der den Zug begleitet, ist gesorgt.

Kongreß-Teilnehmer erhalten alle einzelnen Nachrichten über den Kongreß durch die Lourdes-Chronik, welche denselben regelmäßig zugeschiekt wird.“

Sollte sich also Jemand aus der Diözese zur Reise nach Lourdes, an die Gnadenstätte Mariens, entschließen, so wird ihm das eucharistische Diözesankomitee, das noch immer fortbesteht, alles Nötige bereitwilligst besorgen, nur möge man sich zeitgerecht an dasselbe wenden.

## Erkrankung und seliger Tod Seiner Eminenz des Kardinal-Metropolitanen Johannes Baptist Ratschthaler von Salzburg.

Unterm 23. Februar 1914 ist aus Salzburg nachstehendes Telegramm an mich gelangt:

„Erzellenz Fürstbischof Rapotnik,  
Marburg an der Drau.

Eminentissimus Cardinalis hoc vespere sacramentis providetur; valde debilis orationibus tuis se commendat.

Dr. Steger, Hofkaplan.“

Noch am gleichen Tage um  $\frac{1}{2}$  7 Uhr abends sendete ich an Se. Eminenz nachstehende telegraphische Antwort ab:

„Eminenz Kardinal-Fürsterbischof Ratschthaler  
Salzburg.

Oravi et orabo atque orari faciam, ut Deus dives in misericordia Eminentiam Tuam potenter recreet et clementer conservet. Addictissimus

† Michael,  
Praesul Lavantinus.“

Welchen inneren Trost die Versicherung des Gebetes dem frommen Herzen des Hochwürdigsten Kardinal-Fürsterbischofs gewährte, drückt das Telegramm aus, das ich am 25. Februar aus Salzburg erhielt:

„Erzellenz Fürstbischof Rapotnik,  
Marburg an der Drau.

Eminentia gratias refert maximas pro precibus. Hodie paulo melius; febris ac debilitas perdurat.

Secretarius.“

